

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei

venerabili fratri **Petrus Wang-hei Lei**, Episcopo titulo Octabensi, ad cathedralem Sedem Sciamchiamensem translato, salutem et Apostolicam Benedictionem. Qui die tertio mensis Julii, anno millesimo noncentesimo septuagesimo primo, ideo electus es Episcopus titulo Octabensis, ut adiutricem operam tuam tamquam Auxiliaris sacro Sciamchiamensi Praesuli navares, ad maiora hodie in ea Ecclesia explenda munia, opera pastoralia perficienda vocatis. Cum enim e vivis erepti francisci-Xaverii Chen-Ping Hsu, desideratissimi Sciamchiamensis Episcopi, navus eligendus esset successor, censimus sententiam accipiendam esse Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae, post virum auditum negotiis curandis Nuntiatum Apostolicum in Sinis ad praesens praepositum, te, venerabilis frater, nominandum Nobis proposuit. Apostolica igitur usi Nostra potestate, vinculo te solvimus prioris Sedis tuae titulo Octabensis, et ad dioecesim **Sciamchiamensem** transferimus, datis iuribus atque obligationibus impositis, quae novam dignitatem tuam munusque respiciunt. Ab iteranda autem catholicae fidei professione te eximimus, contrarius quilibet non obstantibus; at iusiurandum fidelitatis erga Nos et successores Nostros dabis, ante quem volueris Episcopum, formulamque iuxta quam iuraveris ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittes, de more signatam sigilloque impressam. Mandamus insuper ut hae Litterae Nostrae, tua ipsius cura, clero ac populo in cathedrali templo publice legantur, die festo de praecepto. Quos oblata opportunitate hortamur, ut non solum te, cuius animi ingenique dotes probe noverunt, libenter accipiant pastorem ac patrem, verum etiam mandatis tuis pareant, quae ad eorum ipsorum maius procurandum bonum sancta esse censueris. Nostras denique, venerabilis frater, cum tuis coniungimus preces, ut abunde det tibi Deus, bonorum omnium largitor, omnia, quae ad christianam religionem servandam et prolalandam pertineant, et indesinenter requirere et summa diligentia perficere. Datum ~ Romae, apud S. Petrum, die quinto et vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo noncentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri undecimo.

Ioannes Card. Villot

Secretarius Status

Adrianus Aretinus
Coadiutor

Josephus Dellon. Proton. Audit.
Eugenius - Ser. Proton. Apost.

主教委任狀

祝候安康頒致遐福授予權能 教宗保祿六世委任狀

天主眾僕之僕，保祿主教，特向可敬神昆李宏基——原任渥太柏教區領銜主教，新任香港教區主教，祝候安康，並致宗座遐福。

一九七一年七月三日，神昆奉選為渥太柏教區領銜主教，襄助香港教區主教。今日再在教會內奉委大任，主理香港教區全部牧民工作。

自徐誠斌主教去世以後，香港教區首牧一職亟待能幹之士繼任。為此，萬民福音傳播部根據教廷駐華大使館意見提出建議，推薦您，可敬神昆，繼承該職。我等最後接納建議，以宗座權能，免除神昆原任渥太柏教區領銜主教職，調昇為香港教區主教，並授予新職守所需之全部權能。

我等特免除神昆重發信德誓言之義務。然而，神昆仍須矢發効忠宗座聖願。神昆可自選一位主教監誓，誓言亦可自撰，經簽署及封蓋以後，呈交萬民福音傳播部。

本委任狀，須在就職典禮中向全體司鐸及信眾宣讀。我等謹藉此機會，籲請貴教區全體司鐸及信眾，精誠擁戴新任主教，以神昆為牧人師表，藉此羣流仰化，同沐主恩。

可敬神昆，我等為您祈禱，祈求全能天父賜降豐沛福寵，助祐您弘揚聖道，履行天職。

主曆一九七三年，即本任宗座第十一年，十月二十五日於羅馬聖伯多祿大殿頒發。

簽署人：國務卿維洛樞機
宗座書記長東尼蒙席

機要秘書馬大尼斯蒙席
宗座書記長斯維蒙席